UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Argumentum epistole. xv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

Nunc age: quid noſtrum concentum diuidat: audi
Quem tenues decuere toge nitidiqꝫ capilli
Quem ſcis immunem cynarę placuiſſe rapaci
Quem bi bulum liquidi media de luce falerni
Coena breuis iuuat: ⁊ prope riuum ſomnus in herba
Nec luſiſſe pudet. ſed non incidere ludum
Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſqꝫ
Limat non odio obſcuro morſuqꝫ venenat
Rident vicini glebas ⁊ ſaxa mouentem
Cum ſeruis vrbana diaria reddere mauis
Horum tu in numerum voto ruis. inuidet vſum
Lignorum ⁊ pecoris tibi calo argutus ⁊ horti
Optat ephippia bos piger optat arare caballus
Quam ſcit vterqꝫ libens cenſebo exerceat artem

Argumentum epiſtole. xv.

Scribit ſatyrice de baiarum luxuria. tangitqꝫ eos quam in penuria habeãt poteſtatem

Ad Valam.

Que ſit hiems velię: quod coelum vala ſalerni
Quorum hoim regio: ⁊ qualis via nã mihi baias
Muſa ſuperuacuas Antonius: ⁊ tamen illis
Me facit inuiſum: gelida cum perluor vnda
Per medium frigus: ſane myrteta relinqui.
Dictaqꝫ ceſſantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni vicus gemit inuidus ęgris
Qui caput ⁊ ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis: gabioſqꝫ petunt ⁊ frigida rura
Mutandus locus eſt ⁊ diuerſoria nota
Preter agendus equus: quo tendis: nõ mihi cumas
Eſt iter aut baias: leua ſtomachoſus habena